



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

63. An qui occultum crimen sine causa iusta manifestavit uni, vel duobus viris prudentibus, quos scit non evulgaturos; peccet mortaliter, & teneatur ad aliquam restitutionem famæ? Ex p. 3. t .5. & ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76432)

art. 1. Syluester ver. de ratiōe, qu. 4. except. 5. Armilla ver. refectio num 4. except. 7. Sa ver. informare; post Gabrielem, Adrianum, & alios. Dico igitur auditum crimen simpliciter sine noua assecuratione, vel confirmatione narrate, etiam si quis animaduertat aliquos ex audientibus temere credituros non esse peccatum mortale. Et ratio est, quia damnificatio fame, in tali casu, non tam est dicentium, quam credentium. Et ita hanc sententiam nouissimè docet Faber de rest. in 4. sent. dist. 15. qu. 3. disp. 5. c. 1. n. 29. Nisi ergo, qui sic narrat, addat aliquam maiorem certitudinem quam sit, quæ ex communi relatione habetur, non tenetur ad restitutionem, etiam si sinistra opinio non tam generetur ex relatione, quam ex leuitate audientium vel infirmitate, aut malitia.

RESOL. LXII.

An qui falsum dicendo alterum infamauit, teneatur, si opus fuerit, iurare se falsum dixisse, si alia via commodiori fama restitui non possit?
Et an etiam si opus fuerit iuramento retractationem suam confirmare, & testes adhibere teneatur?
Et quid est dicendum, & faciendum si qui falsum dicendo alterum infamauit, sit Episcopus, Praeatus, Comes, &c. Ex p. 3. tr. 5. & Milc. 1. Ref. 29.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docet Caietanus, & Aragon. in 2. 2. D. Thomas, q. 62. art. 2. Sotus de iust. lib. 4. qu. 6. art. 3. Faulus in speculo conf. disp. 2. 1. q. 2. 1. Syluius in 2. 2. D. Thomas, q. 62. art. 2. queritur 2. 2. tr. 32. c. 110. n. 245. Turrianus in 2. 2. tom. 2. disp. 53. dub. 1. n. 9. Nauarrus c. 18. n. 45. Nauarra lib. 2. c. 4. n. 137. Salonijs de iust. tom. 1. q. 62. art. 2. contr. 13. Carbo de rest. q. 18. Villalobos in summa. 2. tr. 11. diff. 37. n. 2. & Tann. in 2. D. Th. disp. 4. q. 6. dub. 6. n. 141. vbi sic ait. Qui falsum dicendo alterum infamauit, tenetur (si alia via commodiori fama restitui non possit,) fateri falsitatem, & cum id scierit fecit, ac si opus sit iuramento retractationem suam confirmare. Ita ille, & ego.

2. Nota etiam, quod Molina tom. 1. disp. 41. Io. de la Cruz in direct. part. 1. pr. 77. art. 2. dub. 5. concl. 3. Sotus, Aragon, & Salonijs asserunt esse, etiam si opus fuerit, testes adhibendos.

3. Sed his non obstantibus Philippus Faber lector publicus in Academia Patavina de rest. in 4. sent. dist. 15. qu. 3. disp. 5. c. 1. n. 32. contrariam sententiam docet, & ita asserit. Ego puto solum sufficere ad restitutionem fame in conscientia, quod diffamans se retractet seridè coram illis, apud quos proximum diffamauit abfque iuramento, & multo magis abfque testibus & alijs sumptibus, ad faciendum, vt ij, qui ex causa detractio- nis malam opinionem conceperunt, illam deponant. Antiqui enim Doctores, vt Allenfis part. 2. q. 129. membr. 6. D. Thomas 2. 2. q. 82. art. 2. ad 2. Scotus hic, aperte nihil aliud requirunt. Nam D. Thomas loco citato declarando quomodo huiusmodi diffamator teneatur restituere, habet hæc verba. Alio modo falsum dicendo, & iniuste, & tunc tenetur restituere famam confitendo se falsum dixisse. Ita Faber, qui hoc etiam probat ex verbis Alexandri de Ales, & ex multis alijs rationibus, & responderet ad argumenta contraria. Non esse etiam testes adhibendos, docet vterque Nauarrus vbi supra cum Tannero.

4. Notandum est etiam, quod stando in prima opinione, excipiuntur viri magnæ auctoritatis, vt notant Doctores citati, & inter illos Syluius in 2. 2. q. 62. art. 2. queritur 10. in fine, & Villalob. in summa. to. 2. tr. 11. diff. 37. n. 3. sic asserens. [Hæc de entender esta doctrina regularmente, porque si el fuesse Obispo, Pre- Tom. VII.]

lado, & Conde, & otra persona de gran autoridad, no estara obligado con tan gran perdida de su honor a confessar que mento, y ansi estara obligado a restituir con el maior modo que pudiera, que sera como diremos luego del que restituia, quando dixo verdad.] Sic ille. Ideo queritur.

Itud quæ-
tum hic est
infra in Ref.
65.

RESOL. LXIII.

An qui occultum crimen sine causa iusta manifestauit vii, vel duobus viris prudentibus, quos sit non dulgaturus, peccet mortaliter, & teneatur ad aliquam restitutionem fama? Ex p. 3. tract. 5. Ref. 33.

§. 1. Hanc questionem alibi, sed breuiter tetigimus, nunc vero fusius illam explicabo. Affirmatiuam sententiam docet Turrianus in 2. 2. D. Thomas. tom. 2. disp. 53. dub. 8. vnum. 2. Sotus de iust. lib. 7. 10. art. 2. concl. 4. Molina de iust. tr. 4. disp. 29. n. 7. Lefsius lib. 1. 1. dub. 1. num. 70. Banhez in 2. 2. q. 62. art. 2. Azorius 1. 2. lib. 5. c. 9. Fillicius 1. 2. tr. 4. c. 4. n. 91. Suarez tom. 4. disp. 34. sect. 1. n. 2. Villalobos in summa. tom. 2. tr. 11. diff. 36. n. 8. Valentia tom. 3. disp. 5. q. 17. punct. 2. Malderus in 2. 2. tr. 7. c. 1. dub. 4. Layman in Theol. mor. lib. 3. sect. 5. tr. 3. par. 2. c. 3. n. 6. Ioan. de la Cruz vbi infra, & Salonijs in 2. 2. qu. 62. art. 2. qui asserunt hanc opinionem esse communem inter recentiores Thomistas. Et ratio videtur clara, quia si consideretur fama detrimentum iudicio prudentis, maius erit reuelare illud crimen vii graui virò, quam si decem infimis hominibus reueletur, & tamen hoc esset peccatum; quod explicatur ex eo, quod quilibet maius bonum putat virum aliquem grauem habere rectam opinionem de alicuius moribus, quam illud iudicium habeant homines plures abiecte conditionis. Secundo, iudicium temerarium, est ex suo genere peccatum mortale, vt patet, etiam si illud non producatur exterius, neque frater amittat bonum nomen apud alios, quam apud iudicantem; ergo nec detractio desinet esse mortalis, ex eo quod fratris existimatio tantum lædatur apud vnum. Terrio, prudens cui reuelas, & à te prudenter audit, poterit etiam alios similes prudentes inuenire, atque ita apud plures prudentes periculum infamiae subibit frater. Quarto, ex ista opinione sequitur aliquid oppositum communi doctrina DD. & Sanctorum, nempe auditorem detractiois, quando ipse solus detractorem audit, non debere detestari detractioem tanquam lethale peccatum, sed propter prudentiam suam, qua celaturus est, posse tolerare tanquam veniale.

2. His tamen non obstantibus, contrariam sententiam docet Caietanus in 2. 2. qu. 62. art. 2. Nauarr. de rest. lib. 2. c. 4. num. 334. Grassus lib. 2. c. 137. & alij. Et hanc sententiam probabilem esse docent multi ex DD. contrarijs, vt Tannerus in 2. 2. D. Thomas, disp. 4. qu. 8. dub. 7. n. 138. & Ioan. de la Cruz in direct. conscient. pr. 8. qu. 2. art. 2. dub. 3. concl. 1. & alij. Et ratio est, quia talis non lædit famam notabiliter, cum reuelet occultum delictum apud vnum, vel duos, qui non sunt alijs reuelaturi; ergo non peccat mortaliter, & sicuti non est fama vno dicente, ita nec erit infamia nisi pluribus dicatur. Et hæc sententia videtur mihi etiam probabilis, sicut etiam visa est Fillicio, qui suam sententiam vocat tantum probabiliorē.

Alibi in to.
1. tr. 7. Refol.
32. à lin. 3. &
in Ref. 53. §.
vlt. ad me-
dium, a vers.
si opinio il-
la, & in fine
Azorius 1. 2. lib. 5. c. 9. Fillicius 1. 2. tr. 4. c. 4. n. 91. Sua-
Ref. 50. & in
rez tom. 4. disp. 34. sect. 1. n. 2. Villalobos in summa. tom. 2. tr. 11. diff. 36. n. 8. Valentia tom. 3. disp. 5. q. 17. punct. 2. Malderus in 2. 2. tr. 7. c. 1. dub. 4. Layman in Theol. mor. lib. 3. sect. 5. tr. 3. par. 2. c. 3. n. 6. Ioan. de la Cruz vbi infra, & Salonijs in 2. 2. qu. 62. art. 2. qui asserunt hanc opinionem esse communem inter recentiores Thomistas. Et ratio videtur clara, quia si consideretur fama detrimentum iudicio prudentis, maius erit reuelare illud crimen vii graui virò, quam si decem infimis hominibus reueletur, & tamen hoc esset peccatum; quod explicatur ex eo, quod quilibet maius bonum putat virum aliquem grauem habere rectam opinionem de alicuius moribus, quam illud iudicium habeant homines plures abiecte conditionis. Secundo, iudicium temerarium, est ex suo genere peccatum mortale, vt patet, etiam si illud non producatur exterius, neque frater amittat bonum nomen apud alios, quam apud iudicantem; ergo nec detractio desinet esse mortalis, ex eo quod fratris existimatio tantum lædatur apud vnum. Terrio, prudens cui reuelas, & à te prudenter audit, poterit etiam alios similes prudentes inuenire, atque ita apud plures prudentes periculum infamiae subibit frater. Quarto, ex ista opinione sequitur aliquid oppositum communi doctrina DD. & Sanctorum, nempe auditorem detractiois, quando ipse solus detractorem audit, non debere detestari detractioem tanquam lethale peccatum, sed propter prudentiam suam, qua celaturus est, posse tolerare tanquam veniale.

Sup. hoc in
tom. 7. tr. 4.
Ref. 6. §. Ec-
cit. & in Ref.
7. §. Caltrus,
cursu ad
medium, &
magis late
in Ref. 72. &
73.

RESOL. LXIV.

An infamator criminis occulti teneatur restituere famam tantum apud suos auditores, licet ipsi audierint crimen alijs

Q 3

Sup. hoc in
in Refol.
66. cursu in
§. septimo.